classi assignanda ita ut singularum nauium nauarchi
singulos acciperent ducentos coronatos in annos
singulos 24 m^a. coronatorum. Stipendium praeterea
militibus danda esse dicit ita ut cum milites
essent duo millia et singuli unum coronatum in
menses singulos acciperent summa perficeretur
singulis mensibus duorum millium coronatorum singulis
annis 24 m^um. coronatorum. equitibus denique
tria talenta deberi ait ut cum equites ducenti essent
et singuli singulos in menses ternos coronatos acci-
perent talentum cum esset coronatorum singulis mensibus.
ita fiebat annui stipendii summa 12 talenta
hoc septies millium et ducentorum coronatorum atque
stipendio pauciorum copiarum orator ita censet.
De stipendio maioris classis et Socrates nullam
facit mentionem, in suum tempus eam reijciens
tamen eodem in loco paucis ad id quod a nonnullis
poterat opponi non esse iustum illud stipendium atque
posse classem tam parua pecunia peditem unico
coronato ternis equitem sese in mensem alere ac
sustentare. tamen itaque orator affirmasset satis fore
id stipendium nam si quid deesset id ipsum ita Socrates